

tur Magistris, vel Doctoribus, vel Licentiatibus in Theologia, vel Jure Canonico. Sed hoc solum est consilium: ac proinde non obligat. Generaliter tamen in unoquoque requiritur scientia necessaria ad suum munus rite obeundum. C. 7. §. *Inferiora*, de *Elect.* collatioque facta penitus illiterato est ipso jure nulla. Si vero solum caret scientia à jure requisita, erit irritanda, tanquam contra Sacros Canones facta. C. 17. c. 22. de *Elect.* quia literis carens, sacris non potest esse aptus officij. C. 1. D. 36. Et cum teste Apostolo 1. ad *Tim.* 3. v. 2. oporteat, Episcopum esse Doctorem; est necessarium, quod tam Theologiæ, quam Sacrorum Canonum eam habeat peritiam, quam ejus requirit Officium. C. 6. D. 38. ut alios in sana doctrina cohortari possit, & eos, qui contradicunt arguere valeat. *Paul.* ad *Tir.* 1. v. 9. eadem peritia in Cardinalibus requiritur, ut S. Pontificem in universali Ecclesia regenda suo consilio adjuvent. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 1.* Hinc Episcopus debet esse Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel Jure Canonico, aut alias ad docendos alios idoneus, testimonio alicujus Academiæ. *Trid. sess. 22. de Ref. cap. 2.* idem requiritur in Archidiacono, si habeat jurisdictionem in foro externo. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 12.* idem in Scholastico. *Trid. sess. 23. de Ref. c. 18.* idem in Pœnitentiario Cathedralis Ecclesiæ. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 8.* idem est in Vicario Capituli Sedevacante. *Trid. sess. 24. de Ref. c. 16.* ibi: *Capitulum Sedevacante Vicarium constituere tenetur, qui saltem sit Doctor in Jure Canonico, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus: si secus factum fuerit ad Metropolitanam deputatio hujusmodi devolvatur.* Inquirentes debent esse sacra doctrina fidei eminentiter eruditi ex *Bul. Urb. IV.* in *Hispania* semper Jurisperiti ad hoc ministerium eliguntur. Qualificatores solum debent esse illi, qui per 12. an. Theologiam docuerunt; sed in hoc frequenter dispensatur. *Mach. in Sum. lib. 4. p. 5. tr. 2. dor. 13.* Quicumque jurisdictionem in foro externo habent, debent utriusque juris scientiam habere, quia non suo sensu, sed secundum juris auctoritatem, & decisiones debent judicare. C. 1. de *Constit. L. 1. Taur.* Parochi debent scire ea, quæ ad Sacramentorum administrationem rite obeundam, & Populum instruendum in rebus necessariis ad salutem pertinent. C. 5. D. 38. c. 14. b. r. L. 2. tit. 16. p. 1. Nam si cæcus cæco ducatum præster, ambo in focum cadunt. *Matth. 15. v. 14.* In promo-

vendo ad beneficium præter alias qualitates de Jure Communi requiritur morum probitas, & vitæ honestas adeo, ut collatio beneficii curati facta infami; sive infamia juris, sive facti, vel etiam criminosa depositione digno, est ipso jure nulla. C. 7. §. *Inferiora*, de *Elect.* si beneficium sit simplex, non irrita, sed irritanda erit collatio. C. 11. de *Exec. Prælat.* Irregularitas, excommunicatio, suspensio, interdictum personale (etiam si his censuris irreti sint tolerati, cum *Extrav. Mart. V. Ad evitanda*, illis nullum favorem intendat) reddunt nullam collationem cujuscumque beneficii, etiam simplicis. C. 7. de *Cler. excomm.* C. 8. h. t. In fundatione, statuto, vel ex consuetudine aliquando requiruntur alia qualitates, v. g. nobilitas, gradus, vel quod non conferantur beneficia alienigenis, vel alterius familiæ, quæ admissis sunt servanda. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 5.*

233 Beneficia, sive Sacralia, sive Regularia curam animarum habentia, vel in externo, vel in interno foro debent sub gravi conferri non solum digno, C. 7. §. *fin. de Elect.* *Trid. sess. 7. de Ref. cap. 3.* id est, nulla qualitate ex requisitis tam de Jure Communi, quam statuto, vel fundatione carentibus: sed etiam dignioribus. C. 15. 8. q. 1. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 1.* & *Cap. 18.* & constat ex propositione 47. inter damnatas ab Innoc. XI. tales sunt, qui non solum habent qualitates requisitas, sed eas in quodam eminentiori gradu habent. Dignitas ergo alicujus persona potest attendi dupliciter: uno modo simpliciter, & secundum se, & sic majoris dignitatis est ille, qui magis abundat in spiritualibus gratia donis. Alio modo per comparationem ad bonum commune: contingit enim quandoque, quod ille, qui est minus sanctus, & minus sciens potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, vel industriam secularem, vel propter aliquid hujusmodi: & quia dispensationes spiritualium principalis ordinantur ad utilitatem communem, secundum illud. 1. Cor. 12. *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: Ideo quandoque absque acceptatione personarum in dispensatione spiritualium, illi qui sunt simpliciter minus boni melioribus præferuntur: sicut etiam, & Deus gratias gratis datas, quandoque concedit minus bonis.* D. *Thom.* 2. 2. q. 63. art. 2. Collatio, vel electio de digno facta extra concursum, omnino digniori, est valida, & firma: quia si reicendibilis esset pluribus litibus via aperiretur. D. *Thom.* 2. 2. q. 63. art.

art. 2. ad 3. Imò etiam si Electores jurassent digniorem eligere, adhuc electio digni, prætermisso digniori, valeret, etiam si ipsi perjurium committant: nam juramentum non immutat Juris Communis dispositionem. C. 25. de *jur. jur. Castropol. tr. 13. D. 2. p. 11.* §. 3. n. 1. Si vero in concursu facta fuit electio, vel collatio ipso jure est irrita, ut colligitur ex *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 18.* & *Bull. S. Pij V. 15. Kal. April. An. 1566.* Nam apponitur Decretum irritans provisionem factam contra normam præscriptam, quæ præcipue consistit in electione dignioris. *Castropol. tr. 13. D. 2. p. 11.* §. 3. n. 3. contra *Gars. de Benef. p. 9. cap. 2. à n. 235. Lacr. L. 4. n. 627* qui judicat probabilis dicere, talem provisionem non esse ipso jure irritam, sed esse irritandam. *Vid. ex n. 579.*

234 Circa beneficia simplicia hanc obligationem negat Garcia: illam licet non tanto rigore, ac in curatis admittit alij cum D. *Thom.* 2. 2. q. 63. art. 2. Et ita deducitur ex C. *fin. de Offic. Custod. C. un. Ut beneficia Eccles. ubi loquendo de beneficio non Curato ait Innoc. III. debuit Ecclesiasticum officium, & beneficium in persona magis idonea dispensare.* Et ideo probabilis, dicit *Lacroix l. 4. n. 588.* videtur, cum peccare mortaliter, qui pro beneficio simplici præfert dignum digniori. Quid dicendum de Prælatorum consanguineis explicat D. *Thom.* 2. 2. q. 63. art. 2. ad 1. ibi: *Circa consanguineos Prælati distinguendum est: quia quandoque sunt minus digni, & simpliciter, & per respectum ad bonum commune: & sic, si dignioribus præferantur, est peccatum personarum acceptationis in dispensatione spiritualium, quorum Prælati Ecclesiastici non est Dominus, ut possit ea dare prohibito, sed dispensator, secundum illud. 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut Ministrus Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.*

TIT. XV.

De Sacra Unctione.

235 AGIT in presenti Innoc. III. de variis Sacris Unctionibus: duasque Unctionis species esse dicit: alia enim est exterior, quæ materialis est, & visibilis: alia interior, quæ spiritualis, & invisibilis est. Exteriori inungitur corpus, interiori invisibiliter inangitur cor. Unctio exterior est interioris signum. Sacra ergo Unctio, de qua sæpe in jure fit

mentio, nihil aliud est, quam delibutio per Oleum materiale, & benedictio ab Episcopo, facta juxta Ritum Ecclesiæ. Hoc Oleum, quod in Sacris Unctionibus adhibetur, debet esse olivarium, nam hinc veritas, & proprius, quam alijs, nomen Olei convenit. *D. Thom.* in 3. p. q. 72. art. 2. ad 3. Hoc quidem Oleum aliud est balsamo, cujuscumque loci sit, admixtum: (Græci alia plura aromata ei admiscebant) & dicitur *Christina Græci: Latine: Unguentum.* L. 11. tit. 4. p. 1. ibi: *Est Christina base de sacer de Olio, & de Balsamo.* Hoc Chrisma adhibetur in baptismo, sed postquam est substantialiter coactum. Etiam adhibetur in confirmatione, & consecratione Papæ, & Episcopi, & etiam quando consecrantur Ecclesiæ, altaria, & calices. Alium Oleum est simplex, & sine aliqua admixtione: & est in duplici differentia. Aliud dicitur *Catechumenorum*, aliud *infirmorum.* Oleum Catechumenorum adhibetur, ad inungendos baptizandos, & Catechumenos ante collationem substantialem baptismi: & etiam in ordinatione Sacerdotis, in Unctione Imperatorum, & Regum. Oleum infirmorum solum in Extrema Unctione adhibetur, quæ omnia constant. *Ex G. un. h. t. L. 11. usque ad L. 16. tit. 4. p. 1.* *Barb. de Offic. Episc. alleg. 31.* Quamvis Oleum, & Chrisma olim poterant omni tempore confici. C. 124. de *Conf. D. 4.* nunc tamen debet novum confici singulis annis in Cœna Domini, & vetus in Sanctis Ecclesijs esse cremandum, ita à SS. Apostolis, & successoribus eorum accepimus, & vobis tenenda mandamus, ut ait Fabianus Papa in G. 18. de *Conf. D. 3.* Urgente necessitate potest cum Oleo veteri fieri unctio, ut sæpe in his Insulis accidit, donec novum afferatur. *Barb. de Offic. Paroch. cap. 22. n. 25.* Si Oleum consecratum non fuerit, potest non consecratum ipsi admitti. C. 3. de *Consecr. Eccles.* Sed quantitas non consecrata debet esse minor, ut tota evadat consecrata.

236 Baptizandus bis inungitur à Sacerdote Oleo Catechumenorum. 1. in pectore, deinde inter scapulas, & semel post baptismum: Et quidem olim per totum corpus ungebatur. Catechumenus, juxta *Dionys. Cyril.* & alios apud *Gonzal. in C. un. b. r. n. 22.* Hodie tantum in vertice Sacro Chrismate ungitur. C. *un. S. Quia, h. t. ibi:* *In pectore namque baptizandus inungitur, ut per Spiritum Sancti donum abiciat errorem, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam: quia iustus ex fide vivit.*

cit. Inter scapulas, ut per Spiritus Sancti gratiam excusant negligentiam, & torporum, & bonam operantem exerceat: quia fides sine operibus mortua est. In vertice vero baptizandus inungitur: ut sit paratus Omnipotenti de fide reddere rationem, quia per caput intelligitur mens, iuxta illud, quod legitur. Oculi sapientis in capite ejus, cujus Superior pars est ratio, & inferior sensus. L. 14. l. 15. tit. 4. p. 1. Nulla tamen Unctio ex prædictis est de baptisimi substantia; siquidem baptisimus valide ministratur a Laicis, quin aliqua adhibeatur Unctio.

237 In confirmatione adhibetur Chrismatis Unctio in fronte confirmati, per quam manu imponitur designatur: quia per eam Spiritus Sanctus ad augmentum datur, & robor. Unde cum ceteras Unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere: hanc non nisi Summus Sacerdos, id est, Episcopus, debet conferre; quia de solis Apostolus legitur (quorum Vicarii sunt Episcopi) quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant. Act. Apost. 8. v. 17. ibi: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum, cujus adventus per Unctionis Ministrum designatur, quia Columba, in qua Spiritus Sanctus super Christum in baptismo descendit ad vesperam in Calvaryo (hoc est diluvio universalis; Genes. 8.) revertens ramum tulit virentis olive, cujus utique Sacramentum David Propheta prenoctans exhilarandam faciem in Oleo prædicavit. Circa confirmationem fide definitum est, ipsam esse unum de septem Sacramentis novæ Legis, ejusque Ministrum Ordinarium non esse simplicem Sacerdotem, sed Episcopum: characteremque imprimere, gratiamque conferre. Trid. Sess. 7. Hujus Sacramenti effectum exponit Melchisedes in Civ. de Conf. D. 5. ibi: Spiritus Sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illis in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, & quia in hoc mundo tota astate victuris inter invisibiles hostes, & pericula gradiendum est: in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam; in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. L. 11. tit. 4. p. 1. ibi: Así como en el Bapitismo se alimpon de todos los pecados, así en la Confirmacion, reciben el Espiritu Santo, que les dá fortaleza para lidiar contra el diablo, & fuir sus tentaciones. Christus quidem hoc Sacramentum instituit, non exhibendo, sed promittendo; secundum illud Joannis 16. si non abiero paracletus non venit ad vos,

si autem abiero mittam eum ad vos: & hoc ideo, quia in hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti, quæ non erat danda ante Christi Resurrectionem, & Ascensionem; secundum illud. Joann. 7. nondum erat Spiritus datus: quia Jesus nondum erat glorificatus. D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 1. L. 11. tit. 4. p. 1.

238 Hoc Sacramentum solum ab Episcopo confectum, tanquam Ordinario Ministro valide confertur. Trid. Sess. 7. Can. 3. de Confirm. L. 11. tit. 4. p. 1. Et quidem valide; quamvis illicite illud confertur, etiam si sit excommunicatus, hæreticus, vel degradatus. Barb. de Offic. Episc. alleg. 30. n. 2. Ut Episcopus illud licite conferat, non debet habere conscientiam peccati gravis, debetque esse confirmatus, & ipse, habereque intentionem, saltem virtualem, debetque illud conferre indutus pluviali, mitra, stola, & baculo pastoralis, & quidem in Ecclesia, vel in loco honesto, vel etiam in Palatio Episcopali. Et potest in sua Diocesi alienos subditos, imò, & in aliena potest suos subditos confirmare. Quando ergo confirmat, debet frontem confirmati unguere pellice manus dextræ in forma Crucis, percussit maxillam confirmati, ut sit signum, quod ipse debet ferre forti, & invicto animo pericula, quæ propter fidem immincent, & ut recorderet, se hoc Sacramento esse initiatum, ne iterum illud suscipiat, potestque Episcopus illud conferre in die feriali, quocumque anni tempore, etiam post meridiem, non jejuniis, & non jejuniis; nam hoc non de præcepto, sed de consilio requiritur in C. 6. C. 7. de Conf. D. 5. L. 11. tit. 4. p. 1. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 30. Lacr. L. 6. p. 1. ex n. 374. Sicut baptizatus habet susceptores, seu paternos, ut in fide erudiat, ita confirmatus cum per Christum conferatur in pugnam, indiget Magistro militiæ, ac vero talis susceptor, seu patrus non est de Essentia Sacramenti, sed tantum de præcepto. Barb. de Offic. Episc. alleg. 30. n. 32. Episcopus nequit administrationem confirmationis Sacerdoti simplici committere: potest tamen ex privilegio, vel delegatione S. Pontificis simplex Sacerdos confirmationis Sacramentum ministrare. D. Thom. in 4. D. 7. q. 3. art. 1. q. 3. Suar. in 3. p. D. 36. sect. 2. contra Durand. & alios. Et defecto S. Gregor. Magn. hoc privilegium concessit Clericis Sardinia. C. 1. D. 95. nequit tamen Pontifex non Sacerdoti, etiam si Diaconus sit hujus Sacramenti administrationem delegare. D. Thom.

Thom. in 4. D. 7. q. 3. art. 1. q. 3. Suar. in 3. p. D. 36. sect. 2. Hinc dicendum est, quod etiam simplici Sacerdoti potest à Papa, non ab alio, committi benedictio simplicis Olei: ut defecto in Ecclesia Orientali Sacerdotes simplices, hoc Oleum benedicunt: quod etiam approbavit Clem. VIII. in Conf. Sanctissimus, 31. Aug. An. 1595. Imò etiam Chrimatis benedictio, non tamen irritatur. Et quamvis à Concil. Florent. requiratur pro hoc Sacramento Chrima ab Episcopo benedictum, non illico infertur, talem benedictionem esse materiam partialem Sacramenti: sicut non infertur, admixtionem aquæ cum vino esse materiam Eucharistiæ. Nam Concilium non solum ponit necessaria ad valorem Sacramentorum, sed etiam requisita ex præcepto Ecclesiæ. Et hoc modo requiritur, quod Chrima sit benedictum ab Episcopo, ac proinde R. Pontifex ex universalis potestate saltem probabiliter valet in eo dispensare, dum positivè non constet contrarium; arg. C. 4. de Consec. Præbend. Et hanc sententiam tenent Victor. in Sum. de Confirm. S. 43. Cajet. in 3. p. q. 72. art. 2. Scot. Valent. & Amic. apud Platel. p. 5. n. 253. quod probabile dicit Lacr. lib. 6. p. 1. n. 378. contra D. Thom. Suar. Barb. de Offic. Episc. alleg. 30. n. 6. & alios. Et demum Benedictus XIV. de Synod. Dioces. l. 7. cap. 8. hoc probabile iudicat. & cap. 7. collatis variis exemplis asserit se dedisse facultatem conferendi Sacramentum Confirmationis Guardiano S. Sepulchri. *

239 Ante baptismum ungitur baptizandus solum Oleo benedicto, non Chrimate, nam hoc solum post baptismum est inungendus. Chrima enim solum competit Christiano. Christus enim à Chrimate dicitur, vel potius à Christo dicitur Chrima, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem: à Christo vero Christiani dicuntur, & ita cœperunt Vocari Antiochiæ, qui prius Gallilæi, Nazareæ, & Discipuli appellabantur. Filius enim Dei Unigenitus, qui propter nostram salutem descendit de Cœlis, dictus fuit ab Hebræis Mesias: id est, unctus Græcè Christus; Hispanè ungiado. Sic enim per excellentiam fuit dictus. Et ita significabat Rex, Sacerdos, & Propheta. Nam

ut ait Pontifex in præfati cap. un. b. i. in Veteri Testamento non solum ungebatur Sacerdos, sed etiam Rex, & Propheta; sicut in l. 3. Reg. c. 19. v. 15. & 36. Dominus præcepit Elia unges Hazael in Regem super Syria, & Jehu filium. Nam unges in Regem super Israël, Elia unges autem filium Saphat, qui est de Abel-mela unges ropetam pro te. Jesus Nazaranus quem unxit Deus Spiritu Sancto, sicut habetur in Actibus Apostolorum. C. 10. v. 38. unctus est Oleo pietatis præ consortibus suis, qui secundum Apostolum est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Nec quidem est unctus materialiter, sed invisibili Unctione est unctus. D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 3. Christiani ergo à Christo quasi uncti derivant ab uncto, ut omnes currant in odorem illius unguenti, cuius nomen Oleum est effusum. C. un. S. Quia. b. ii.

240 Forma hujus Sacramenti est hæc: Signo te Chrimate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 4. Græcorum forma est hæc: Signaculum donantis Spiritus Sancti. Omnilo verbo more Græcorum cuius sensus est: Hoc signo donantur munera Spiritus Sancti. Ut late Arcudius lib. 2. cap. 6. & 7. Lacr. L. 6. p. 1. n. 383. Materia proxima est Unctio, remota est Chrima confectum ex Oleo, & balsamo ab Episcopo benedictum. Gratia enim Spiritus Sancti designatur in Oleo: Unde Christus dicitur Unctus Oleo lætitiæ propter plenitudinem Spiritus Sancti, quam habuit, & ideo Oleum convenit materie hujus Sacramenti. Admixtetur balsamum propter fragrantiam odoris, quæ redundat ad alios: unde Apostolus dicit: Christi bonus odor sumus. Et habet præcipuum odorem, & incorruptionem præstat. D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 2. Et licet Chrima sit materia hujus Sacramenti necessitate præcepti, non talis est necessitate Sacramenti; sed tantum Oleum pertinet ad ejus essentiam. Nam in C. 1. de Sacram. non iter. cum confirmandus, non Chrimate, sed Oleo tantum fuisse unctus ait Innoc. III. non esse aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermisum. Quid clarius ad probandum, balsamum non esse de essentia confirmationis? alias confirmatio sine eo facta iteranda esset; arg. C. 8. C. 9. de Consecr. D. 5. solum ergo ex præcepto debet poni, nec plus vult Conc. Florent. sub Eugen. IV. S. Secundum Sacramentum. Ubi ait: Materiam hujus Sacramenti, esse Chrima confectum ex Oleo, & balsamo. Nam in

§. Tertium ait, materiam Eucharistia esse vinum de vite cum modicissima aquae admixtione. Et §. Quartum ait, materiam Sacramenti Pœnitentiæ esse satisfactionem: cum certum sit, admixtionem aquae solum esse de præcepto Ecclesiastico, & satisfactionem solum esse partem integram, non verò substantialem pœnitentiæ. Hanc sententiam contra *Suar. in 3. p. D. 34. scilicet. 1. & alios tenet. Cajet. Soto, Navarr. Covarr. Valent. & alij apud Lacr. l. 6. p. 1. n. 375.* qui eam probabilem dicit.

241 Licet omnia Sacramenta sint aliquomodo necessaria ad salutem, quædam tamen talia sunt, sine quibus non est salus: quædam verò se habent, sicut quæ operantur ad perfectionem salutis; & hoc modo confirmatio est de necessitate salutis, quamvis sine ea possit utique esse salus, dum non prætermittitur ex contemptu Sacramenti. *D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 1. ad 3.* Hinc negligere hujus Sacramenti susceptionem, teclulo scandalo, & contemptu, non esset mortale. Confirmatio debet conferri omni homini viatori baptizato, non confirmato: ac propterea infantes, muti, surdi, amentes, etiam perpetui, maxime, si habeant lucida intervalia, vel si ante amentiam confirmari petierunt: etiam constituti in mortis periculo possunt hoc Sacramentum suscipere. *C. 1. de Consecr. D. 5. D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 8. ibi: Dicitur Act. 2. quod Spiritus Sanctus replevit totam domum, per quam significatur Ecclesia, & postea subditur; quod repleti sunt omnes Spiritu Sancto: sed ad illam plenitudinem consequendam hoc Sacramentum datur: ergo est omnibus; qui sunt in Ecclesia exhibendum.* Græci statim post baptismum conferunt confirmationem: sed expedit ob reverentiam Sacramenti, quod confirmandis aliquis ratio adhibeat. In terris Hæreticorum, & etiam in Missionibus Indiæ, quo raro accedunt Episcopi, convenienter etiam infantibus confertur, imò sunt aliqua Regiones adeo distantes, aspera, & montuosa, ut nunquam illuc accedant Episcopi; ideo expediens esset, quod Provincialibus Religionum concederetur à R. Pontifice facultas confirmandi hos Neophitos, ut nostræ Societati concessum fuit à *Greg. XIII.* sed non præcatur hoc privilegium. Ex hucusque dictis colliges, quare hoc Sacramentum adeo varijs nominibus appellatur. Vocatur enim manus impositio à ritu, & cæremonia, qua confertur. Dicitur *chrismata* à D. Aug. à materia remota: dicitur *unctio* à Cone. Laodic. à materia proxima. Et

frequentè dicitur *confirmatio* ab effectu, quia est complementum baptismi. Et in hoc sensu dicitur, quod baptizatus per confirmationem fit plene, & perfectè Christianus. *C. 6. de Conf. D. 5. L. 11. tit. 4. p. 1.*

242 Etiam in præsentibus agitur de unctione, & consecratione Episcoporum, & quidem in Capite Pontificis Sacramentalis est delibutio chrismatis conservata, quia personam Capitis in Pontificali officio representat. *C. un. S. Undè, h. t. Episcopus enim chrismate inungitur in capite, & manibus, ut diligit Deum ex toto corde suo, & proximum, sicut fe ipsum, & ut operetur bonum apud omnes, maxime ad domesticos fidei. G. un. h. t. L. 12. tit. 4. p. 1.* Hæc unctio si omittatur, supplementum, non verò iteratur consecratio. *C. un. h. t. Undè infertur, hanc unctionem non esse de consecrationis substantia, fed solum ad solemnitatem pertinere.* Materiam enim est impositio manuum Episcoporum, traditio Libri Evangeliorum, annuli, & baculi Pastoralis, saltem quoad proximam. *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 21. q. 8.* Ut jam alibi diximus. Quando verò in Concilijs, & à SS. Patribus fit mentio de consecratione Episcopali, hæc habetur pro eodem, ac impositio manuum, quæ tanquam illius materia consideratur. *Trid. sess. 23. de Sacram. Ordin. cap. 3.* Et Ecclesia Orientalis in consecratione Episcopi omittit chrismatis unctionem, quam non omittet, si esset materia à Christo designata, & solum utitur impositione manuum. *C. un. h. t. Gonz. ibid. n. 46. juxta illud Apost. 1. ad Tim. 4. v. 14. Et 2. ad Tim. 1. v. 6. Admonete te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Et licet in integra hujus Text. dicatur, hanc unctionem esse Juris Divini, ibi: *Hoc enim Catholica Ecclesia tenet, non solum ex præcepto Divino, verum etiam Apostolorum exemplo:* hoc intelligitur de Jure Divino antiquo cæremionali. In Exodo quippe legitur, præcepisse Moyse Dominum, ut Aaron, & filios ejus ungeret, quatenus Sacerdotio fungeretur. Sed hoc præceptum in Lege Gratia cessavit. *C. 3. de Confit.* solumque adhibetur ex præcepto Ecclesiæ tanquam ritus, & cæremonia, quin ex hoc Ecclesia judicet, sicut aliqui mentiuntur, qui neque Scripturas, neque Dei novæ virtutem. Sed tantum Ecclesia suscipit hoc præceptum, & vult, quod uniformiter à Græcis, & Latinis servetur: nec talis unctio est de substantia ordinationis Sacerdotalis, multoque minus in consecratione Pontificis.

Quia

243 Quia etiam, & principaliter in Sacramento Extrema-unctionis adhibetur unctio, de eo aliquid dicendum est. *Extrema ergo unctio est Sacramentum novæ Legis institutum à Christo D. ad salutem mentis, & corporis per unctionem Olei, & orationem Sacerdotis homini egrotanti, & periclitanti de vita. Trid. sess. 14. de Extr. Unct. cap. 1. ibi: Instituta est autem hæc Sacra Unctio infirmorum tanquam verè, & proprie Sacramentum Novi Testamenti à Christo D. nostro apud Marc. 6. v. 13. institutum (ibi: Et Dæmonia multa eiciebant, & ungebant Oleo multos egros, & sanabant) per Jacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, commendatum, & promulgatum (in sua Epistola, C. 5. v. 14. & 15. ibi) infirmatur quis in vobis? Invidet Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eam Oleo, in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. C. 2. D. 95.* Materia ejus remota est oleum olivarum ab Episcopo benedictum, quod dicitur infirmorum, vel ex privilegio Pontificis, ipse à simplici Sacerdote benedictum, ut fit in Ecclesia Orientali, seu Græca, & approbavit Clemens VIII. die 31. Aug. 1595. Chrisma non est materia hujus Sacramenti, in casu tamen necessitatis possit adhiberi: sed tunc, vel quando per errorem unctio fuit facta chrismate, vel oleo Cathæcumæorum, est tutius unctio nem repetere. *Lacr. lib. 6. p. 2. ex n. 2090.* Materia proxima est unctio, & saltem una omnino necessaria est ad essentiam, & valorem Sacramenti, & juxta aliquos unica tantum sufficit; sed quinque sensuum externorum organa necessario esse ungenti, nec aliter verum Sacramentum conferri, tenet cum. *DD. cum Soto, Gra. ado, D. Thoma, & Magistro Sentent. in 4. D. 23. cap. 4. ibi: Cùm præcipuus finis Sacramenti hujus sit morbis animi mederi, congruentissimè non toti corpori, quod per animam vivit, sed illis ejus partibus, in quibus radices peccatorum videntur, applicatur. Radix autem prima nostrorum morum est cognitio, undè vis appetitiva excitatur. Cognitio verò nostra, teste Aristotele, à sensu incipit: quò circa secundum universalem Ecclesiæ ritum quinque sensuum organa, quasi hoc sit de essentia Sacramenti, inunguntur: nempe oculi, aures, nares, os, & manus, in quarum digitorum pulpis tactus præcipue residet. Est ita mentem plerisque Ecclesiarum in more propter virtutem motivam pedes quoque ungere: & quibusdam, propter appetitivam, etiam remes. In casu tamen necessitatis potest uni-*

Tom. I.

ca adhiberi unctio sub conditione, si validum est Sacramentum, ungento unum organum, magis obvium, vel potius caput, ubi omnes sensus vigent: vel si tempus permittit, ungit Sacerdos velociter, etiam sine forma crucis, unum oculum, aurem, nares, os, & manum, dicendo sub una forma totali: *Per istam Sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, gressum, & lumborum delectationem. Amen.* Extra necessitatem verò fit unctio in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, & locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibi vigentium. Unctio oculorum incipit ab oculo dextro in palpebra, manu dextra, &c. Presbyteris ungentur manus exterius, reliquis autem interius, scilicet in palma. Unctio rosum in Religiosis, & foeminis ob decentiam omittitur. Nec est de essentia, quod uterque oculus, utraque auris, &c. ungitur. Satis ad valorem est, si unum ex eis membris ungitur. Nec ad substantiam pertinet, quod sensus prædicto ordine ungantur, aut quod fiat unctio in forma crucis, peccabit tamen, qui aliquid horum sine necessitate negligenter pro qualitate transgressions. Cæcæ, surdi, & muti à natura, & mutilari debent inungi prope organa sensuum, quibus caret: quia licet non per sensus externos, peccare tamen poterunt per potentias internas, illis correspondentes. Omnes tamen prædictæ unctiones unum tantum Sacramentum constituunt. Et non tantum materia, & forma, sed etiam partialis materia hujus Sacramenti debent moraliter conjugi. Sufficit autem, quod unctio unica gutta olei fiat. Nec est simpliciter necessarium, quod fiat contactu immediato manus: sic peste grassante potest fieri virgula oleo tincta, quæ si argentea sit, in hunc usum reservatur, si lignea comburitur. In ultima saltem unctione, gratia confertur: alij tamen dicunt, quod cuiuslibet unctionem sua partialis gratia correspondet. Si ergo iustus in prima unctione moritur, gratiam consequitur partialem. Græci inungunt frontem, mentum, ambas genas, pectus, manus ex utraque parte, & pedes. Sufficit Sacerdos sine Ministro in necessitate, & tunc ipse sibi, non foemina, respondebit. In diuturnis morbis, ut hydroptici, debet unctio reiterari, quoniam redit periculum.

M 2

Sic

Sic *ex Diana, Laer. Alloza, & alijs.*
 244 Forma est hæc: *Per istam Sanctam*
unctionem, & suam piissimam misericordiam
indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti
per visum, auditum, tactum, &c. debent
ergo in forma significari actio unguendi,
modus deprecationis, & deprecatio pro
remissione peccati, & quidem commissi per
sentium. Si dicatur: Unge te, ut Deus tibi
indulgeat quidquid deliquisti per visum,
&c. licet hoc non obicit: Per istam Sacramenti
secundum Suar. contra alios, tamen praxis
illicita est. Laer. lib. 6. p. 2. ex n. 2095. Mi-
nister Ordinarius hujus Sacramenti est Pa-
rochus, vel alius Sacerdos de ejus licentia:
validè autem à quocumque Sacerdote mi-
nistratur. Nec potest validè à non Sacerdote
ministrari, etiam ex dispensatione Pontif-
ificis. Laer. lib. 6. p. 2. n. 2099. Nec re-
quiruntur plures Sacerdotes, sed unus suf-
ficit. Græci tamen septem, vel saltem tres
Presbyteros adhibent. Sed quamvis plures
adessent, adhuc esset abusus, quod singuli
ungant eandem partem toties repetita for-
ma, ut solent facere Græci. Laer. lib. 6.
p. 2. n. 2099. Subjectum hujus Sacramenti
est homo viator baptizatus, qui aliquando
fuit ratione usus, etiam si puer, amens, vel
furiolosus sit: dum tamen sit constitutus in
infirmirate lethali, si vè procedat ex mor-
bo, veneno, vel vulnere: etiam si sola
senectute procedat: nam senectus morbus
est: & quidem nulla medicabilis arte. Non
datur homini in patibulo suspendendo, vel
decapitando, nec in itinere prælium, vel
periculosam navigationem: cum isti infirmi
non sint. Datur infirmis, etiam usu sensuum
destitutis. In dubio an puer, vel alius æger
sit aliquando usus ratione, vel an sit in
mortali, vel an adesse periculum mortis:
infirmis inungendus est. Nam hoc Sacra-
mentum non tantum est institutum ad pec-
cata, peccatiq; poenas tollendas, sed etiam,
ne æger succumbat tentationibus, & ut fan-
titati restituatur, si expediat. Laer. lib. 6.
p. 2. n. 2085. Res, & effectus hujus Sacra-
menti illis verbis explicatur: & oratis fidei
salvabit infirmum, & alleviabit eum Domi-
nus: est in peccatis sit, dimittentur ei: res
etenim hæc gratia est Spiritus Sancti, cujus
unctio delicta, si qua sint adhuc explanda,
ne peccati reliquias abstergit, & ægroti ani-
mam alleviat, & confirmat, magna in eo
Divina misericordie fiduciam excitando, qua
infirmus sublevatus, & morbi incommoda,
ac labores levius fert, & tentationibus Da-
monis calcaneo insulantibus facilis resistit, &
sanitatem corporis interdu, ubi saluti ani-
me expeverit, consequitur. Trid. sess. 14.

de Extr. Unct. cap. 2. Per peccata reliquias
 intelliguntur non solum peccata venialia,
 sed etiam mortalia inculpabiliter non remissa
 per priora Sacramenta, vel commissa
 post illa, si nunc ignorentur partim poenæ
 peccatorum, & præcipuè languor, vel anxietas
 post peccatum relicta. Sic ex D. Th. & alijs
 Laer. lib. 6. p. 2. n. 2119. Regulariter, si causa
 rationabilis non substat, debet ad hoc Sacramentum
 conferendum præmitti confessio, & communio:
 potest tamen conferri ei, qui aliud Sacramentum
 suscipere non potest, v. g. si senibus deitua-
 tur: imò, & conferri potest ei, qui non dum
 Eucharistiam recepit, v. g. puer. Hoc Sacramentum
 omittit, seculo scandalo, & contemptu non est
 peccatum mortale. Aliqui dicunt B. Virginem hoc
 suscepisse Sacramentum.

245 Etiam Imperatores, & Reges inungi
 solent, non tamen Chrimate, sed Oleo catechumenorum.
 Hæc unctio fit in brachio dextro, humero, vel armo. Juxta
 illud *Isai. 9. v. 6. factus est Principatus super*
humorum ejus. C. unie. S. Unda. b. t. l. 13. tit. 4. p. 1. ibi: Ungir solian à los Reyes en
la Vieja Ley con Olio benaído en las abezas:
mas en esta nuestra ley Nueva les hacen un-
cion en otra manera, por lo que dixo Isaias,
Profeta de nuestro Señor Jesu-Christo, que
es Rey de los Cielos, & de la tierra, & que su
Imperio seria sobre su bomba. E esto se cum-
plió, quando le pasieron la Cruz sobre el Om-
bro dextro, & se la ficieron levar: porque cum-
pliamiento gaudí virtud en el Cielo, & en la
tierra: E porque los Reyes Christianos tie-
nen su lugar en este Mundo para hacer just-
icia, & derecho, son tenudos de sufrir todo
cargo, & afán, que les venga por honra, &
por enalzamiento de la Cruz. Por esso los un-
gen en este tiempo con Olio Sagrado en el
ombro de la espalda del brazo dextro, en señal,
que toda carga, & todo trabajo que les venga
por esta razon, & que la sufran con muy buena
voluntad, & lo tengan como por ligero,
por amor de nuestro Señor Jesu-Christo,
que dixo en el Evangelio: jugum meum suave est,
& onus meum leve. Et mi Yugo es manso,
& mi carga es liviana. Hoc oleum, quo unguuntur, significat lætiti-
 am, & promptitudinem ad debellandos
 Ecclesie inimicos, & pugnandi pro fide,
 & ad victoriam obtinendam, & sic
 olim luctatores oleo ungebantur, juxta
 illud: *Exerceret patrias oleo lavante pale-*
stras nudati socij. Et quidem olim non solum
 Imperator, sed varij Reges inungebantur,
 ut Reges Gallie, Siciliae, & Hierusalæm.
 Et in nostra Hispania Reges, Caf-

Castelle, Aragonie, & Navarra, ut de Rege
 Vvamba, Egica Alfonso VII. & alijs referunt
 Jacobus Valdesi de Dignit. Reg. Hispan. cap. 14.
 Camil. Borel. de Præstant. Reg. Cathol. cap. 49.
 Gonz. in c. un. b. t. n. 18. 246 Etiam Ecclesia,
 cum dedicatur ungitur in parietibus: altare cum consecra-
 tur ungitur ab Episcopo prius Oleo simplici,
 deinde Chrimate in cornibus. C. 32. de Cens. D. 1. Calix quando ab Episcopo
 benedicitur ungitur Chrimate in superficie.
 Quod desumptum est ex eo, quod Deus Moyli
 præcepit. *Exod. 30. v. 25. 26. 27. ut faceret*
oleum unctionis, de quo ungeret testi-
monij Tabernaculum, & Arcam Testamē-
ti, menfamque cum vas. Et exemplo B. Syl-
vestri, qui consecravit altare, illudque chrimate
perungebat. C. unie. S. fin. b. t. l. 16. tit. 4. p. 1. Latus in tit. de Consecr. Eccles.

TIT. XVI.

De Sacramentis non iterandis.

247 Sacramentum sumitur 1. pro
 juramento. C. 1. de Jurjur.
 Auth. Sacramenta puerum, C. si adversus
 vendit, 2. pro re abscondita, & secreta, seu
 mysterio, vel secreto sacro, sic Sap. 2. v. 22.
 dicitur: *Nescierunt Sacramenta Dei. Sic*
Apost. ad Ephes. 1. v. 9. ait de Deo, ut notum
faceret nobis Sacramentum voluntatis sue:
sic Tobia 12. v. 7. dicitur Sacramentum
 Regis abscondere bonum est 3. pro signo
 aliquo sensibili nostre sanctificationis. Et
 sic sumitur in præsentis, & sæpe in jure: In
 quo sensu definitur à D. August. in c. 32.
 D. 2. est invisibilis gratia visibilis formæ
 quam dispositionem asserit Mag. Sent. in 4.
 D. 1. q. 1. Et ibid. D. Thom. art. 1. q. 3.
 ibi: *Dicendum, quod illa definitio Magistri*
completissime rationem Sacramenti designat,
prout nunc de Sacramentis loquimur. Et ad
 5. ait: *Sacramentum non vivitur per sa-*
 cramenta veteris, & novæ Legis, sicut
 genus per species, sed sicut analogum in
 suas partes. Et contra autem rationem Sacra-
 menti esse univocam, tenent Suar. in 3. p.
 D. 1. scilicet 2. Marin. de Sacram. Disp. 1.
 n. 12. cum alijs: quod quidem conformius
 videtur modo loquendi. Trid. sess. 7. Can. 2.
 Conc. Florent. & Cateche. S. Pij V. Sacra-
 mentum prout ad Novam Legem restringitur
 est signum sensibile à Christo D. stabilitè
 institutum, collativum sanctificantis
 gratia ex opere operato, cuiusmodi obicem
 non ponent. Sic deducitur ex Concilij PP.
 & DD.

248 Sacramenta veteris legis erant
 signa gratia sanctificantis, seu justifican-
 tis, & sicut nostra Sacramenta significant
 gratiam: quæ re ipsa datur per Christum,
 ita illa significabant gratiam, quæ erat
 danda per Christum, juxta illud *Apost. ad*
Hebr. 10. v. 1. Umbra habens lex futuroru-
rum, non ipsam imaginem rei um. Non tamē
causabant gratiam, quam significabant;
juxta illud Paul. ad Galat. 4. v. 9. Quomodo
convertimini iterum ad infirma, & egena
elementa? Et Gl. ibid. id est: ad legem,
quæ dicitur infirma, quia perfectè non
justificat. D. Thom. in 3. p. q. 62. art. 6. Sed
tantum conferebant quandam Sanctitatem
Legalem, seu munditiam. Ut bene explicat
Mag. in 4. D. 1. q. 1. Que enim significandi
gratiam tantum instituta sunt, solum signa
sunt, non Sacramenta, sicut fuerunt sacrificia
carnalia, & observantia Ceremoniales veteris
Legis, quæ nunquam poterant justos
facere offerentes, quia ut ait Apost. Sanguis
hircorum, & taurorum, & cinis vitulae
aspersus inquinatos sanctificabat ad eman-
ationem carnis, non anime: nam inquinatio
illa erat contraus mortui: unde Aug. nihil aliud
intelligo, inquinatio-nem, quam lex mandat,
nisi contactum mortui hominis. Sic circum-
cisio, qui antea inter immundos, & in-
circumcisos erat, transferretur in Populum
Sanctum, & specialiter electum à Deo,
 juxta illud: *Exod. 19. v. 6. Deut. 7. v. 6.*
Populus Sanctus est Dominio Deo tuo, te
 elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei
 Populus peculiaris de cunctis Populis, qui
 sunt super terram. D. Thom. in 3. p. D. 62. art. 6. ait
 Illa sanctificatio erat figurata, per hoc enim
 sanctificari dicebantur, quod applicabantur
 cultrud Divino secundum ritum veteris legis,
 qui totus ordinabatur ad figurandam Pas-
 sionem Christi. Et quidem in veteri lege
 figura in duplici erant differentia: aliæ erant
 figuræ tantum, & non Sacramenta, sicut
 transitus maris rubri, & protectio colum-
 næ, quæ erant figuræ baptismi, Manna,
 & aqua scanuens de petra erant Eucha-
 ristia figuræ, & nulla ex his erat Sacra-
 mentum. Aliæ erant figuræ, & simul Sacra-
 menta, ut circumcisio, quæ erat bap-
 tismi figura, usus Agni Paschalis, & eius-
 panum propositionis erant figuræ Eucha-
 ristia. Consecratio Sacerdotum erat figura
 Ordinis sacri. Et pro Sacramento poenitentie
 plures purificationes, & expiationes
 dabantur: quæ omnia Sacramenta erant,
 ac proinde plura Sacramenta in lege
 veteri præcesserunt, quam quæ in
 Lege Gratia inveniuntur. D. Thom. in
 3. p.

3. p. q. 85. art. 1. ad 4. Et q. 70. artic. 1. ad 2.

249 Sacramenta Novæ Legis, ait Concil. Florent. perficiuntur rebus tanquam materia, & verbis tanquam forma, & insuper debet adesse intentio Ministrum saltem faciendi quod facit Ecclesia, adhibendo simul huiusmodi signa externa. Ad rationem igitur Sacramenti requiritur: 1. Ut sit signum ex Divina institutione. Nam Deus solus confert gratiam, ac proinde ad eum spectat signa instituire, quæ illius collationem significant. 2. Ut sit signum Sacrum, seu Cæremonia Sacra, tum ex parte Authoris, qui est Deus, tum ex parte affectus, qui est gratia: tum ex se, quatenus est cæremonia pertinens ad cultum Dei. 3. Ut sit signum sensibile: nam debet esse accomodatam hominibus qui sensibus signa percipiunt. 4. Ut sit permanens, & stabile, ita ut simili ritu semper conferatur secundum essentialia, licet in particulari consistat in aliqua actione transiente, ut in ablutione, unctione, &c. Nam ex Sacramentis præcipue Nostra Religio coalescit, & ab alijs distinguitur, ac proinde Sacramenta debent esse stabilia, & permanere, dum permanet religio. 5. Ut tale Sacramentum veram causet sanctitatem ex opere operato, id est, suo usu, & applicatione, per propriam efficaciam: & non tantum ex opere operantis, hoc est, per actum, vel dispositionem ministrantis, vel suscipientis: Hæc tamen dispositio suscipientis ad effectum Sacramenti requiritur, sed non, ut causa, sed tantum ut conditio, sine qua non. Hinc Sacrificium ex se non est Sacramentum: Nam ordinatur ad cultum Deo præstandum, non ad gratiam ex opere operato conferendam: Nec actus virtutum, nec Sacramentalia, ut benedictio Abbatis, vel consecratio Virginis, nec lotio pedum Apostolorum, nec insufflatio Christi in Apostolos, nec Martyriam, nec verba Christi ad Magdalenam, & Paralyticum: Remittuntur tibi peccata. Nec alia huiusmodi fuerunt Sacramenta: quia non fuerunt signa stabiliter ad gratiam conferendam instituta, vel ex defectu aliarum conditionum: præcipue cum Sacramentum sit signum rememorativum ejus, quod præcessit, scilicet, Passionis Christi, demonstrativum ejus, quod in nobis efficitur per Christi Passionem, scilicet gratiæ, & prognosticum, id est, prænotativum futurae gloriæ: D. Thom. in 3. p. q. 60. art. 3.

250 Sacramenta ergo Novæ Legis causant gratiam, & quidem tanquam

causæ instrumentales, arg. Trid. sess. 6. cap. 7. Cum Deus sit causa principalis gratiæ. Apost. ad Rom. 3. Trid. sess. 6. cap. 7. Et hinc tenendum est, quod Sacramenta non physice, sed tantum moraliter causant gratiam, quam figurant. D. Thom. in 4. D. 1. q. 1. art. 4. q. 1. Maria. de Sacram. Disp. 2. sect. 4. contra Suar. in 3. p. D. 9. sect. 2. & alios. diversè sentiens. Sacramenta Novæ Legis à Christo D. instituta præcisè sunt septem, nec plura, nec pauciora. Trid. sess. 7. Can. 1. scilicet: 1. Baptismus, per quem spiritualiter renascimur. 2. Confirmatio, per quam augemur in gratia, & roboramur in fide. 3. Eucharistia: per quam nutrimur, & crescimus in viros perfectos. 4. Penitentia: per quam sanamur à morbo peccati. 5. Extrema-Unctio: quæ removet peccatorum reliquias, & hominem paratum reddit ad finalem gloriam. 6. Ordo: per quem Ecclesia gubernatur, & multiplicatur spiritualiter. 7. Matrimonium: per quod Ecclesia corporaliter augetur. Et sic vita spiritualis corporali respicitur. Nam homo. 1. generatur, & nascitur. 2. roboratur. 3. nutritur, & crescit. 4. curatur, si ægrotat. 5. restituitur pristinae sanitati per convenientem dietam, & exercitium. 6. regitur à Magistratibus, & superioribus. 7. species humana propagatur. Sic D. Thom. in 3. p. q. 65. art. 1. vid. L. 1. tit. 4. p. 1.

251 Ex prædictis Sacramentis, alia dicuntur mortuorum: quæ scilicet, ex se primam gratiam conferunt, possuntque recipi à peccatore, qui mortuus est peccatum, juxta illud peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Et talia sunt baptismus, & poenitentia. Cætera autem dicuntur, vivorum: quia primam gratiam, in qua vita spiritualis consistit, imponunt in suscipiente. Aliquando tamen possunt causare primam gratiam, & facere de attrito contritum, non per se, sed per accidens, v. gr. si quis bona fide credens, se justificatum, cum verè non sit, accipiat Eucharistiam. Is probabiliter justificabitur, seu recipiet primam gratiam. D. Thom. in 3. p. q. 72. art. 7. ad 2. Suar. & tom. DD. contra Vazq. & alios. Aliquando sunt formata, quando scilicet formam suam, id est, gratiam conferunt suscipienti: aliquando sunt informia, quando scilicet, quamvis valida sint, non habent effectum, nec conferunt gratiam, ea suscipienti, ex eo, quod ab ipso gratia obex ponatur, v. gr. si adultus in conscientia peccati lethali constitutus, sine actuali dolore de suis mortalibus baptismum suscipiat:

ciat: recipit Sacramentum validum, sed informe: ac proinde recedente obice, seu fictione, ex eo quod ponatur contritio, seu attritio cum poenitentia, reviviscit Sacramentum, & causat gratiam: quod saltem de aliquibus est verum. D. Thom. in 3. p. q. 69. art. 10. Salmant. tract. 1. cap. 5. p. 5. Nec vacat amplius de hoc disputare.

252 Effectus principalis Sacramentorum Novæ Legis est gratiam conferre ex opere operato, semper, & omnibus non ponentibus obicem, & ea rite suscipientibus. Trid. sess. 7. de Sacram. in genere. Cap. 6. 7. & 8. secundum suam scilicet mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem. Trid. sess. 6. de justificatione, cap. 7. Gratia in Sacramentorum susceptione est in triplici differentia. Nam primo conferunt gratiam justificantem, seu gratiam facientem, seu sanctificantem: possuntque conferre gratiam augmentum, si inveniant suscipientem jam constitutum in gratia. 2. conferunt dona, & virtutes infusæ, quæ gratiam habitualement consequuntur, & cum ejus augmento augentur. 3. gratiam Sacramentalem propriam cuiuslibet Sacramenti, quæ consistit in specialibus auxilijs gratiæ actualis, quæ successive conferuntur prout occasiones occurrunt ad finem Sacramenti spectantes. D. Thom. in 3. p. q. 62. art. 2. Sic 1. in Baptismo conferuntur auxilia specialia ad dignè suscipienda reliqua Sacramenta, ad servanda Christi præcepta, & ad vivendum Christianè. 2. in Confirmatione conferuntur specialia auxilia ad fidem firmiter confitentiam. 3. in Poenitentia tribuitur gratia ad detestanda peccata, & ad satisfaciendum pro delictis commissis. 4. in Eucharistia conferuntur gratia ad præcavendas, & superandas tentationes, & ad eliciendum frequentes actus virtutum. 5. in Extrema-Unctione gratia conferuntur ad resistendum tentationibus in periculo mortis. 6. in Ordine gratia datur ad rectè obunda munera ordinum. 7. in Matrimonio conferuntur gratia ad fovendum mutuum amorem, & servandam fidem conjugalem. Ita D. Thom. Suar. Bonacin. de Sacram. D. 1. q. 4. punct. 5. Salmant. tract. 1. de Sacram. cap. 5. punct. 3. & alij.

253 Nulla Sacramenta Legis veteris imprimebant characterem spirituales, sed solum aliquod signaculum corporale, juxta D. Thom. Suar. & alios, in Lege verò Gratia tria Sacramenta, scilicet, Baptis-

mus, Confirmatio, & Ordo, præter gratiam, quam conferunt, habent alium specialem effectum, quod scilicet, in anima imprimunt quoddam indelebile signum, quod Græci characterem appellant. D. Thom. in 3. p. q. 63. art. 2. ibi: Dicendum, quod Sacramenta Novæ Legis characterem imprimunt, in quantum per ea deputantur homines ad cultum Dei secundum Ritus Christianæ Religionis. Et art. 6. in Corp. concludit: Per hæc tria Sacramenta character imprimitur, scilicet, per baptismum, Confirmationem, & Ordinem. Et quidem per Baptismum deputatur, & consecratur homo ad cultum Dei, fit membrum Ecclesiæ, & distinguitur ab infidelibus: in Confirmatione datur character tanquam signum militare: nam in ea constituitur homo veluti Christi miles ex officio destinatus ad profectandam publicè Christianitatem, & pugnandum pro illa. In ordinatione specialiter deputatur homo in cultum Dei, tanquam proprius Minister Christi, & distinguitur ab alijs Ecclesiæ membris. Suar. in 3. p. D. 11. ex sect. 1. Salmant. tr. 1. cap. 6. Alia quatuor Sacramenta non imprimunt characterem: quia per ea non deputantur homines ad aliquid cultum Dei, sed tantum sunt ipsa quidam speciales actus Divini cultus ordinati ad speciales effectus, ut poenitentia ad remissionem peccatorum: Eucharistia ad nutritionem charitatis: Extrema-Unctio est instituta ad adjuvandam hominem in periculo mortis constitutum: Matrimonium ad adjuvandos homines in oneribus matrimonij. Suar. in 3. p. D. 11. sect. 1. qui postea addit, hujus characteris impressionem in tribus prædictis Sacramentis provenire ab institutione, & voluntate Christi: quam dicit esse rationem a priori. Et hoc verum credo. Character immediate in anima imprimitur, ut ex Conciliorum locutione colligitur. Trid. sess. 7. Can. 9. & cum alijs tenet Suar. in 3. p. D. 11. contra Thomistas tenentes, imprimi in intellectu. Et Scotistas afferentes recipi voluntate.

254 Tria Sacramenta, quæ characterem imprimunt in anima scilicet Baptismum, Confirmationem, & Ordo, iterari non possunt. C. 8. de Conf. D. 5. Trid. sess. 7. Can. 9. Alia quatuor, quæ characterem non imprimunt, iterabilia sunt. Quando Aug. in C. 74. l. q. 1. ait: Manus impositio, non sicut Baptismus repeti non potest, quid enim fuit aliud, nisi oratio super hominem? non loquitur de Confirmatione, quæ nomine manus impositionis significatur

in C. un. de Sacr. Unct. sed de manus impositione deprecatoria, seu curatoria, juxta illud Marc. 16. v. 18. *super agros manus imponet, & bene habebunt.* Siquidem variae erant manuum impositiones, scilicet, 1. *curativa*, 2. *reconciliativa*, per quam poenitentibus praecipue publicis dabatur absolutio Sacramentalis. 3. *ordinativa*, per quam Clerici ordinantur. 4. *confirmativa*, per quam confirmationis Sacramentum conferebatur. Si in Sacramentorum administratione aliquid substantiale omittitur, cum tunc non detur Sacramentum, quod sine substantia consistere nequit, de novo administrari debet, & tunc solum materialiter iteratur; arg. C. *fin. de Presbyt. non baptiz.* ibi: *Quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum, nec male de Sacramento sentitur, cum illud non Religionis contemptus, sed artificius necessitatis excludit.* Si aliquid tantum accidentale fit omisissum, illud suppletur. Indè, si in confirmatione Episcopus per errorem, non chrismate, sed Oleo benedictio confirmandum unxit, cum Unctio chrismatis non sit de substantia Sacramenti, hoc non iterandum, sed illa solum erit supplenda. C. 1. *h. t.* ipsum chrismate unguendo, sed non repetita forma, Sic non est iterandus ordo Presbyteri, quando omissa fuit impositio manuum, illa scilicet, qua fit ab Episcopo, & ceteris Presbyteris, antequam ordinando tradatur Calix cum vino, & Patena cum Hostia: quia haec non consecratoria, nec substantialis; sed deprecatoria, & accidentalis est. C. 3. *h. t.* Similiter, si in consecratione Episcopi non adhibeatur balsamum naturalis, sed artificialis in chrismate: cum haec Chrismatis unctio non sit de substantia consecrationis, sed solum ex Ecclesiae praeccepto, non est iteranda dicta consecratio: imò nec debet suppleri unctio per chrisma ex vero balsamo confectum, cum jam sit satisfactum praeccepto, & intentioni Ecclesiae in admixtione balsami, ut significetur nitor conscientiae, & bonae famae odor. Si Sacerdos Oleo Catechumenorum ungeret infirmum, nihil est repetendum, quia licet sit diversa hujus, & olei infirmorum benedictio, non est diversitas substantialis. In his partibus Indiarum ex privilegio possunt Episcopi consecrare chrisma cum minori Clericorum numero, & balsamo, qui in his partibus reperitur.

255 Denique Honor. III. rescribens Archiep. London. & ejus suffraganeis, in C. 2. *h. t.* ait: *A nobis humiliter quasi-*

villis, quid fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore schismatici, & reprobi Vvaldemari à schismaticis sunt sepulti, & de indumentis Sacerdotalibus, cum quibus, necnon de Altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebrarunt? Nos autem inquisitioni tuae breviter respondemus: quod non credimus, ob hoc duntaxat, sepultos hujusmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel consecrari Altaria supradicta.

TIT. XVII.

De Filijs Presbyterorum ordinandis, vel non.

256 **I**N vetustis Collectionibus haec rubrica sic concipiebatur: *De filijs Presbyterorum non ordinandis, nec in Ecclesijs paternis tolerandis.* In praesentem enim titulo agitur de irregularitate, seu impedimento, quod ad oranes suscipiendos habent filij illegitimi, non solum Clericorum, sed etiam & Laicorum; quae irregularitas dicitur *defectu natalium*, siquidem non ex culpa, sed ex defectu provenit. Et etiam decernitur, quod filij, etiam legitimi Presbyterorum non possint patri immediate succedere in beneficio, vel Dignitate, quam habuit in aliqua Ecclesia. Illegitimi ergo dicuntur, qui non sunt procreati ex matrimonio legitimo, vero, vel saltem putativo. L. 12. *tit. 6. p. 1.* ibi: *Legi imò tanto quere decit, como hijo que es nascido segun Ley.* Illegitimi enim ab ordinibus arcentur. C. 1. *h. t.* à Dignitatibus, Beneficijs curatis, & simplicibus, etiam minoribus. C. 1. *h. t.* in 6. L. 12. *tit. 6. p. 1.* Etiam defectus natalium sit occultus, ut deducitur ex generalitate, *Text. in c. 1. & c. fin. h. t.*

257 Haec irregularitas etiam in Lege Veteri erat stabilita. *Deuter. 23. v. 2.* ibi: *Non ingredietur manzer, hoc est, de Scurto natus in Ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem.* Et in C. 13. *Qui filij sint legit.* dicitur: *Tam Lex Moisaica, quam Canonica sobolem susceptam ex adulterio defestatur.* Nam saepe accidit, quod filij solent imitari, & quasi haeredes fieri iniquitatum parentum. C. 10. D. 56. unde erat proverbium apud Graecos: *Mali corvi, malum ovum.* Deinde: quia generatur scandalum in Ecclesia, quando filij illegitimi ordinantur, maxime si in Ecclesia praesentantur, cum hoc modo renovetur me-

moria incontinentiae paterna; & quasi praemio afficiatur, cum potius deberet illegitimum nomen, tanquam ignominiosum, & inhonestum aboleri. C. 11. *de Excessib. Praelator.* plura *Gonz. in C. 1. h. t. n. 6.* Qui nascuntur ex coitu Legibus damnato, ut ex adulterio, incestu, vel sacrilegio dicuntur *spurij*, & hi non legitimum per subsequens matrimonium. Si verò tales illegitimi nascuntur ex parentibus solutis, inter quos sine dispensatione poterat matrimonium contrahi, vel conceptionis, vel nativitatis tempore, dicuntur *filij naturales.* L. 9. *tit. 8. lib. 5. R. Cass.* Hi enim per subsequens parentum matrimonium legitimum, ita ut purgetur praecedens turpido, fiuntque ordinum, & beneficiorum capaces. C. 1. *c. 6. Qui filij sint legitimi*, ubi de illis, & de legitimitatis per rescriptum Principis latius agemus. Et licet attentio Jure Canonico habitas ad contrahendum debeat necessario adesse tempore conceptionis: & ita tenet *Suar. de Censur. D. 50. sect. 1. n. 3.* Et clare deducitur ex C. 6. *Qui filij sint legit.* In praxi tamen obtinuit, lat esse, si habitas uno ex his temporibus detur, prout filio magis commodum, & favorabile sit. *Sanch. de Matr. lib. 8. D. 7. n. 19. Annaya, Faxardo, Gonz. in C. 1. Qui filij sint legit. n. 12.* Et clare habetur in L. 11. *Taur. L. 9. tit. 8. lib. 5. R. C.* quare in nostra Hispania hoc nequit in quaestione veriti, ibi: *Entonces se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que nascieren, ò fueren concebidos, sus padres podian casar con sus madres justamente sia dispensacion.*

258 Qui nascitur ex matrimonio, quod saltem ex parte unius conjugis bona fide reputatur validum, licet vere sit nullum legitimus est. C. 14. *Qui filij sint legit.* ac proinde ordinari potest. *Suar. de Censur. D. 50. sect. 1. n. 6.* Nec erit irregularis ille, cui solum ex testimonio Patris, vel matris, vel ex rumore constet, esse illegitimum. Siquidem nec adultera tenetur filio suum peccatum detegere. C. 9. *de Paenit. & remis.* nec filius tenetur credere matri, etiam in articulo mortis hoc asserenti. *Suar. de Cens. D. 50. sect. 4. ex n. 5.* nec habetur ut irregularis, si de tali defectu dubitetur. *Arg. C. 18. de Sent. excom. in 6.* quia in dubijs benignior interpretatio est facienda. *Arg. C. 49. de Reg. Jur. in 6.* praecipue in irregularitatibus, & ideo expositi non habentur pro illegitimis. *Arg. C. 14. Qui filij sint legit.* Et obijcienti defectum natalium incumbit probatio. C. 5. *c. 11. Qui filij sint legit.* nullus enim ille

gitimus praesumitur nisi probetur: cum delicta non praesumantur. L. 51. *ff. pro Socio.* Quae sententia, non solum est probabilis in praxi, sed mox videri, & conformior est juri: spiritum tamen consilium erit dispensationem ab Episcopopo obtinere, ut tales expositi ordinentur. *Suar. de Censur. D. 50. sect. 4. n. 4.* Qui natus est ex patre Subdiacono, & ejus legitima uxore, vel Religioso, & ejus legitima uxore, quando mutuo consensu ad ordines, vel Religionem convolvavit; licet civiliter quoad successionem, & alia legitimus reputetur, quia ex vero matrimonio natus est: Canonice tamen quoad ordines, & beneficia illegitimus habetur, indigetque dispensatione; quia natus est ex copula specialiter damnata, utpote habita contra votum solemne castitatis. C. 14. *h. t. Gonz. ibid. Suar. de Censur. D. 50. sect. 2. ex n. 4.* nec novum debet videri, quod quis pro legitimo, & illegitimo diversis respectibus habeatur. C. 13. *Qui filij sint legitimi.*

259 Quomodo cumque illegitimi, etiam superij per professionem religiosam, etiam Canonicorum, seu Clericorum Regularium, etiam per vota biennij in nostra Societate, & sine alia dispensatione, possunt ad ordines, etiam majores, promoveri, C. 1. D. 56. C. 1. *h. t. L. 12. tit. 6. p. 1.* Et licet Sixtus 7. filios illegitimos ad Religionis ingressum reddidit inhabiles, tamen Gregor. XIV. eam Constitutionem ad Jus Commune reduxit. *Suar. de Censur. D. 50. sect. fin. n. 12.* quamvis adhuc in aliquibus Religionibus tales illegitimi vi propriae Constitutionum non admittantur. Ideo enim per Religionis ingressum haec irregularitas tollitur, quia facilis in Religione, ejus austeritate, & rigore potest corrigi vitiosa propensio talium illegitimorum. Et cum Religiosi non adeo frequenter, ac Clerici Saeculares cum Laicis converterentur, non adeo facile reficitur memoria incontinentiae parentum: & praecipue ob Religionis favorem dispensat jus in hac irregularitate. Et cum nullum in jure detur fundamentum ad asserendam reincidentiam in hanc irregularitatem; si semel professi dimittantur, tenendum est, etiam tunc posse, talem dimissum ordines suscipere, amota jam irregularitate per vota. *Suar. de Censur. D. 50. sect. fin. n. 14.* Et quidem in hac irregularitate non dispensatur praesens per ingressum in Religionem; id est, ad Novitiatum, ut contra *Rodrig. t. 1. qq. Regular. q. 13. art. 4. & alios,* tenent *Sanch. in Decal. lib. 5. cap. 5. n. 12.*

n. 12. *Gonz. in C. 1. b. 1. & alij.* Nam in dicto cap. 1. dicitur: *Nisi Monachi fiant, quae verba cum effectu debent sumi. Suar. de Censur. D. 50. sect. fin. n. 12. Gonz. in C. 1. b. 1. & alij.* Sed dicit per professionem fiant habiles ad ordines, non tamen redduntur habiles ad Prælaturas. C. 1. b. 1. tam intra, quam extra Religionem. L. 12. tit. 6. p. 1. ibi: *Non puden aver dignidad, nin persónage. Nav. Greg. Lop. Suar. de Censur. D. 50. sect. fin. n. 15.* nec possunt habere beneficia curata. *Arg. C. fin. b. 1. nec Moniales possunt eligi in Abbatissas, Priorissas, vel Prælatas, etiam temporales, nisi cum illis dispensetur, ut ex generalitate. Tex. in C. 1. b. 1. clarè deducitur, & tenet Sanchez. in Decal. lib. 5. cap. 5. n. 19. & alij, contra Rodrig. Mirand. & alios.*

260 De Jure Communi solus Pontifex dispensat cum illegitimis ad Ordines majores, Dignitates, Prælaturas, Personatus, & Beneficia curata. *C. fin. b. 1. etiam defectus sit occultus. Suar. de Cens. D. 50. sect. 5. n. 5.* Ad Ordines verò minores, & Beneficia simplicia, ad Canonicatus Ecclesie Collegiate, ad dimidias Portiones Cathedralis, etiam si habeant annexam Ecclesiam Parochialem, potest dispensare Episcopus. *C. 1. b. 1. in 6. junct. Barb. de Offic. Episc. alleg. 45. ex n. 19.* possuntque dispensare Episcopus, etiam non consecratus, dum sit confirmatus. *Arg. C. 15. de Elect. ceterique Prælati, qui jurisdictionem, quasi Episcopalem habent, & Capitulum Sedevacante. Suar. de Censur. D. 50. sect. 5. n. 6. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 45. ex n. 25.* non tamen potest hodie Episcopus, sicut olim poterat dispensare cum illegitimis ad Canonicatus Cathedralis: nam ad hos ex *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 1.* requiritur Ordo Sacer. *Barbos. de Offic. Episc. alleg. 45. ex n. 31.* si Episcopus de facto, licet non de jure, his illegitimis Sacros Ordines contulerit, tenetur eis beneficium dare. *C. 6. b. 1. ne cum opprobrio Ordines Clericales mendicare cogantur. C. 23. D. 93.* In Indijs tamen possunt Episcopi cum illegitimis, etiam quoad Ordines majores, & beneficia curata Indorum dispensare. *Solorz. de Jur. Indiar. t. 2. lib. 3. cap. 7. n. 24.* & constat ex *Solis.* Prælati Regulares possunt dispensare cum suis subditis, si illegitimi sunt, etiam ad Prælaturas; sed non nisi in Capitulo Generali, vel Provinciali. *Greg. XIV. apud Rodrig. t. 2. Reg. qq. 2. art. 2.* Dispensatio super defectu natalium, ut exorbitans a jure, & odiosa restringenda est. *C. 1. §. 1. b. 1. in 6. nec in ea valet*

argumentum de majori ad minus, nec extenditur ad casum habentem in se majorem rationem. Sic dispensatio ad ordines, non extenditur ad majores, nec ad beneficia, cum separabilia sint. Dispensatio ad beneficia non extenditur ad curata, multoque minus ad Dignitates: nec dispensatio ad dignitates extenditur ad habentes curam animarum. Nec dispensatio ad beneficium curatum extenditur ad duo beneficia obtinenda. *C. 1. §. 1. b. 1. in 6.* imò ille, cum quo in defectu natalium fuerit dispensatum ad beneficium curatum obtinendum, si hoc tacito, aliam dispensationem ad plura beneficia obtineat, erit nulla, quia subreptitia, talis dispensatio. *C. 2. b. 1. in 6. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 45.* Non tamen adeo stricte est intelligenda, ut non extendatur ad connexa necessarii, & inseparabiliter, ne suo effectu frustraretur. *Saneb. de Matrim. lib. 8. D. 1. n. 19.*

261 In Beneficijs Ecclesiasticis ea, quae successione hereditaria imaginem referunt, Sacris Canonibus semper fuerunt odiosa, & Patrum Decretis contraria. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 7.* Hinc sine Papæ dispensatione, filij, etiam quos ex matrimonio legitimi, ante Ordinem Sacrum, Clerici habuerunt, non possunt immediate succedere suis parentibus in beneficia, quae ipsi petentes cum jure in re, & titulo obtinuerunt. *C. 11. c. 13. c. 17. b. 1. possunt tamen simul cum patre obtinere, vel ante, vel post, diversum beneficium. C. 12. b. 1.* Nam cum duo sint beneficia, non datur successio. Si verò pater habuisset Vicariam temporalem, possit filius immediate succedere. *C. 8. b. 1.* quia cum talis Vicaria non sit collata in titulum, vel cum jure in re non censetur dari successione. Imò potest filius legitimus absque dispensatione obtinere idem beneficium, quod ejus pater habuit, si inter ipsum, & patrem, alia persona extranea intercessit, cum tunc non patri, sed extraneo prorsus succedat. *C. 7. b. 1.* Et si esset nepotes, attento Jure Communi, possent succedere Avo in beneficio. *C. 2. de Arbitr.* multoque magis nepotes tranversales, id est, filij fratres. *C. 12. de Offic. Deleg. quia in materia odiosa, qualis est præiens, nomen filij non extenditur ad nepotem, multoque minus ad alios consanguineos.* Hodie tamen a beneficio, quod habuit Avus excluditur nepos, ut sic magis radicitus species successione tollatur. *Ex Declarat. Cardin. Gonz. in C. 17. b. 1. n. fin.*

TIT. XVIII.

De servis non ordinandis, & de eorum manumissione.

363 UNUM ex impedimentis ad ordines suscipiendos est servitus: quæ quidem definitur à Justiniano sic: *Est Constitutio Juris Gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. Natura enim omnes homines nascuntur liberi. Libertas enim est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quid vi, aut jure prohibetur.* Contra hanc igitur naturalem facultatem, servitutum induitur quaedam fatalis necessitas; sed non adeo improba, ut non fundetur in Jure Naturali defensionis, & conservationis vite. Servi enim ex eo appellati sunt, quod imperator Captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere soletur: qui etiam mancipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manu capiiebantur. Si his libertas dabatur dicebantur Libertini, ad distinctionem eorum, qui liberi nascebantur, & appellabantur ingenui. Hi, quibus libertas dabatur, dicebantur manumissi: datio etenim libertatis dicitur manumissio, quasi de mandato: nam quando aliquis in servitute est, manui, & potestati sui Domini ppositus est, à qua potestate manumissus liberatur. Servi ergo proprie tales irregulares sunt, nec possunt licite ad ordines promoveri. *Can. 81. Apost. C. 1. & per tot. D. 54. C. 1. C. 2. b. 1. L. 18. tit. 6. p. 1. ibi: Ordenado non debe ser ninguno que sea seruo, à menos de ser primero seruo. Ne Divini ministerij dignitas servilis conditionis vitiate dedecoretur. C. 12. D. 54. ibi: *Non nec ipsam ministerij Clericalis hac obligatione offuscari convenit dignitatem.* Et cum servi à militia terrestri arceantur. *L. 8. ff. de Remilitar.* etiam à militia Coelestis debent arceri, cum de una ad aliam militiam bene valeat argumentum. *C. 1. de Renuntiari. Debet enim esse immunitas ab alijs, qui Divine militiae est aggregandus, ut à Castris Dominicis, quibus nomen ejus ascribitur, nullis necessitatibus vinculis abstrahatur. C. 1. D. 54, quatenus hoc Ordine Custodito, nec Dominorum jura, nec privilegia ulla ratione turbentur. C. 9. D. 54.**

264 Non Episcopus, C. 2. b. 1. sed solus Papa in hoc Ecclesiastico impedimento, seu irregularitate dispensat; *arg. C. 4.*

262 Denique circa filios illegitimos Clericorum (nam de legitimis nihil innovatum est) sic statutum est in *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 15. ibi: Ut paterna incontinentia memoria à locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, longissime arceatur: non liceat filijs Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesijs, ubi eorum parentes beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere.* In quo decreto comprehenduntur filij naturales, etiam ante Clericatum suscepti, si per subsequens matrimonium non legitimentur. Etiam comprehenduntur illegitimi legitimi per Rescriptum Principis, nisi hoc impedimentum sit ablatum. Nec possunt etiam mediate succedere: etiam si pater sedem tantum, aut locum in Ecclesia habuisset, etiam sine fructibus: nec possunt ministrare ex officio, etiam sine beneficio, aut titulo, v. gr. ut Cooperatores, Sacellani, Cantores, vel Sacristæ: possunt tamen ex libera devotione, vel etiam ad elemosynam promerendam hoc facere tales illegitimi. Nec Religiosus illegitimus potest ministrare, ubi pater ejus beneficium obtinuit. *Ex Const. Greg. XIV. Circumspecta, Ann. 1590.* nec potest filius illegitimus admitti in Religione, in qua pater ejus professus est, & vivit: ipso tamen mortuo potest admitti. Potest tamen filius habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ejus inseruit, ut Capellanus, vel Cooperator amovibilis, si beneficium non habuit: nam hoc requiritur à Concilio. Nepotes nullo modo hoc Decreto comprehenduntur, quod ut odiosum, & de filijs expressè conceptum non extenditur ad nepotes, etiam illegitimos ex filijs illegitimis. Filius illegitimus potest succedere in Capellania, quae fundari solet absque Episcopi, vel alterius superioris auctoritate, ut in eam succedat Clerici de parentela: Nec aliter, quam de Pontificis dispensatione, & quidem in specie, potest filius illegitimus contra hoc Decretum succedere. Pater verò non prohibetur succedere, etiam immediate in beneficio filij, etiam illegitimi. Quae omnia ex varijs Declarationibus desumpta sunt. Et latius afferunt *Nicol. Garc. de Benef. p. 7. cap. 3. per tot. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 65. per tot. & alij,* qui etiam referunt *Const. Clem. VII. Ad Canonum Conditorum, Ann. 1533.*

de Consec. Præbend. idque raro, ne Dominus præiudicet. Hoc tamen impedimentum manumissione tollitur, dum tamen in ipsa manumissione non sibi Dominus reservet obsequium, vel operas temporales. Servus ergo manumissus, si ei est data plena libertas sine reservatione obsequij, vel operarum temporalium potest ordinari, sine alia omnino dispensatione: cum jam sit plene, & perfecte liber, & secus si Dominus sibi reservavit operas temporales. C. 5. D. 54. potest tamen Dominus sine periculo simoniae aliquas operas spirituales in servo ordinando sibi reservare; v. gr. certas Missas pro se legendas, ipseque debet prestare suo Domino: quod si post ordines susceptos tales operas præstare recuset, deponendus est. C. 4. h. t. Si servus ordinatur priusquam manumittatur, sequentes casus distinguendi sunt. 1. servus, qui Domino sciente, & non contradicente ordinatur, etiam prima tonsura, habetur interpretatione juris pro manumisso à Domino, & fit liber. C. 20. D. 54. L. 18. tit. 6. p. 1. 2. Si ignorante Domino fuit in minoribus ordinatus, potest Dominus eum in servitutem revocare intra annum à notitia ordinationis habita, & erit servus, ut antea, quin gaudeat privilegio fori, nec Canonis. C. 2. h. t. C. 10. D. 54. L. 18. tit. 6. p. 1. 3. Si ignorante, vel contradicente Domino fuit in Sacris Constitutus, & Episcopus sciebat, esse servum, liber fit ipse servus ordinatus, sed Episcopus tenetur Domino reddere duos servos, æque bonos, vel eorum assimationem, C. 19. D. 54. L. 18. tit. 6. p. 1. alterum quidem in damni compensationem, alterum in ordinationis improbae poenam. Gonz. in C. 2. h. t. n. 8. 4. Si ignoravit Episcopus, esse servum, & illum, Domino ignorante, in Subdiaconum, vel Diaconum ordinavit, ipse ordinatus dabit Domino Vicarium, id est, alium servum æqualem, vel sui assimationem de peculio, si ejus usum habeat, vel si nihil horum valeat præstare ipse servus Domino repetenti erit restituendus, & iterum in servitutem redigendus L. 18. tit. 6. p. 1. & ab Officio Sacro suspenditur, & privilegium fori amittit, manet tamen voto castitatis ligatus. C. 9. D. 54. *Juncti. Gloss.* Et licet gaudeat privilegio Canonis, quoad alias personas, non quoad Dominum, à quo poterit, ut antea corrigi, & verberari, ne ipsi fiat præiudicium: arg. C. 2. D. 54. quod fit intra annum à die notitiae non repetat Dominus suum servum interpreta-

tionem juris pro manumisso habetur. C. 20. D. 54. 5. Si ignorante Episcopo fuit servus ordinatus Sacerdos, etiam ignorante, vel contradicente Domino, liber omnino fit. C. 9. D. 54. Et peculium si quod habet, cogitur Domino cedere. C. 9. D. 54. vel si non habeat peculium, Domino in spiritualibus officiis serviet, ut modo quo, possit Domino satisfacere. C. 10. D. 54. L. 18. tit. 6. p. 1. ibi: *E si non fallare le tomez, puedele traer consigo, que le diga las bonas, o que le sirva en otro logar de uqual Ofi io, que à Presbe pertenesce, e esto es por bonra de la Orden que rescibid.*

265 Si vero, Domino ignorante, servus fraudulenter religionem ingrediatur, Domino illum repetenti intra triennium restituitur, cum omnibus, quæ attulit fidem tamen à Domino accepta de impunitate. C. 3. 1. 7. q. 2. ipse tamen manebit votis adstrictus, & religioni quantum in ipso est. Si Monasterium sit in culpa non repetetur servus, sed Monasterium satisfaciet Domino, secundum boni viri æstimationem. *Mirand. Man. Pralat. tit. 1. q. 172.* Et si valde deceat, quod filius familias requirit consensum patris, ut ordines suscipiat, simpliciter tamen non est necessarium, cum illo jure hæc imponatur necessitas: si aut potest Religiosus sine Abbatis licentia adstrictiorem ordinem transire. C. 18. de Regular. Nec Clericatus, nisi sit Dignitas Episcopalis, liberat à patria potestate: bona tamen in Clericatu acquisita ipsi Clericis tanquam bona Cæterensia acquiruntur, ac proinde liberè de illis disponere valent. L. 34. *Auth. Sed Episcopalis. C. de Episcop. & Cleric. L. 65. tit. 5. p. 1.*

TIT. XIX.

De Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

266 **N**ON possunt licite sine dispensatione Pontificis ordinari, qui ob publicam, seu privatam administrationem sunt obligati ad ratiocinia, seu rationem reddendam, nisi prius à ratiocinijs absoluti sint. Tales sunt Thesaurarii, Quæstores, Collectores tributorum, Conductores Vectigalium, vel Fisci, Tutores pupillorum, Actores, Procuratores, Executores, Depositarii, obligati militiæ, & si qui sunt alij. C. un. h. t. C. un. D. 53. ubi taliter implicati Curiales

dicuntur. Possunt tamen ordinari, qui sunt Procuratores, Tutores, miserabilium personarum, Tutores legitimiagnatorum, quia hoc etiam Clericis permittitur. C. fin. D. 86. C. 1. 21. q. 3. l. 23. tit. 6. p. 1. idem dicendum est de Administratores Ecclesiæ, vel causa pæ, de Cancellarijs, & Consularijs Principum, de Judicibus Causarum Civilium, & de illis, qui non ex administratione rei alienæ, sed ex aliquo contractu, v. g. promissione, vel mutuo tenentur alijs rationem reddere. Hi enim bene possunt ordinari. Similiter, & illi, qui fuerunt rerum temporalium Administratores, relicta administratione privata, vel publica, reddiditque rationibus, licet debita contracta nondum solverint, præsertim tamen cautione, vel cessione facta. *Suar. de Censur. D. 51. sect. 3. n. 23. & alij.* Ratio præsentis prohibitionis est, ne Ministri Ecclesiastici varijs litibus vexentur, & ut ipsis intersint à sacris ministerijs distraherentur, & ipsa Ecclesia ex Ministrorum distractione infametur: arg. C. un. h. t. *ibid. Gonz. n. 8.* ex illa generali ratione *Apost. 2. ad Timot. 2. v. 4. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus.* Deinde, quia præsumitur taliter obligatos, ordines suscipere, magis animo fugiendi ratiocinia, quam desiderio sincero serviendi Deo. C. un. D. 53. L. 23. tit. 6. p. 1. optime *Suar. de Censur. D. 51. sect. 3. p. tot.*

TIT. XX.

De Corpore vitiatis ordinandis, vel non.

267 **A**Ni qui ex vitio corporis, animi vitium arguebant: & ideo inter Vitales non admittebatur scemina aliqua parte corporis mutila, multoque minus in Sacerdotem cooptabatur aliquod simile vitium pariens. Nam ut Seneca aiebat, Sacerdos non integri corporis quasi mali hominis res vitanda est: licet e contra e corporis elegantia, animi virtutem inferebant, juxta illud: *Gratio est pulchro veniens in corpore virtus.* Sic etiam in Lege Veteri erat statutum. *Levit. 21. ex v. 17. Homo, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo: nec accedet ad ministerium ejus; si cæcus fuerit, si claudus, si parvus, vel grandis, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugum*

scabiem, si impetiginem in corpore, vel heriosus. Similiter in Jure Canonico ad exemplum Legis Veteris habetur tanquam irregularitas, & impedimentum Canonicum ad ordines suscipiendos, corporis vitium. C. 4. *Seqq. D. 55. C. 1. & per tot. h. t.* si hic defectus, vel irregularitas ante ordines susceptos habeatur, impedit etiam primæ tonsuræ susceptionem, quamvis ille defectus solum unum actum ordinis principalem impediat. *Suar. de Censur. D. 51. sect. 2. n. 12.* Si vero post ordines susceptos superveniat sine culpa ordinandi, dicendum est cum *Eugen. Pap. in C. 2. de Cleric. Agrot. ibi: Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palma à prædione abscessos significasti, Missam non permittimus celebrare, quia nec sicurè propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membri, hoc fieri confidimus: ipsum autem ceteris officijs Sacerdotatibus fungi minime prohibemus. D. Tbom. in 3. p. 9. 82. art. 10. ad 3.* Ex hac generalitate ad casus particulares descendere oportet.

268 Hoc impedimentum provenit ex varijs Capitis. 1. ex mutilatione, 2. ex culpabili abscissione, 3. ex debilitate, 4. ex deformitate, 5. ex morbo. Mutilati ergo sunt, qui carent aliquo membro: membrum est qualelibet pars corporis, quæ aliquam peculiarem functionem, seu officium habet distinctum ab aliarum partium officio, & munere: Hinc membra sunt, brachium, lingua, oculus, manus, nares, aures, pedes, & alia hujusmodi. Hi enim irregulares sunt. C. 1. C. 2. C. 6. C. fin. h. t. L. 25. tit. 6. p. 1. *Can. 77. Apostol. ibi: Qui vero mutus, jurdus ve, & cæcus est, Episcopus non efficitur: non quia obleso corpore est, sed ne Ecclesiastica infundantur munia.* Tales mutilati non sunt apud Sacris ministerijs, cum illa nequeant exercere: imò aliqui consent, tunc non tam irregularitatem, quam incapacitatem Juris Nature dari, si ve membro totali, si ve parte illius careat ordinandus. Hinc ordinari non potest mutilatus manu. C. 6. h. t. nec ille, cui duo digitus eam medietate palmae sunt abscissi. C. 2. de Cleric. Agrot. sic qui pollice, vel indice integre caret, non potest ordinari, quia illi digitus sunt valde necessarij ad fractionem, & elevationem Hostiæ. C. 1. C. fin. h. t. Si vero digito pedis, vel manus sinistra, imò & alijs dextræ careat, ordinari potest. C. 11. D. 55. L. 25. tit. 6. p. 1. Nec defectus partis pollicis, vel indicis obstat, si usum ordinis non impediatur. C. fin.